

**A** Verrois est propositio in propria forma in. 3. de Cœlo & mun. in cō. 7. ubi etiam subdit. & causa diversa in quantitate habet causam diversam in quantitate. Vera autem est propositio, ubi illæ causæ differentes secundum magis & minus fuerint causæ adæquatae illorum effectuum, fallit autem ubi non sunt sic adæquatae. Nam uidemus proportiones elementorum in mixtis invenientia differre secundum magis & minus, attamen uidemus maximam diuersitatem in formis mixtorum, quæ non causantur adæquatae ex illis proportionibus elementorum, sicut credit Alex. ut recitat Aver. 3. de Anima. cō. 5. inquit quæ etiam anima, & intellectus materialis illo modo causans, contra quæ Aver. ibidem inquit. Et magis inopinabile de opinione Alex. est hoc quod dixit quod primæ præparations ad intellecta, & ad alias postremas perfectiones de anima sunt res perfectæ a complexione, non uitritus factæ à motore extrinseco, ut est famosum ex opinione Arist. & oīum Peripateticorum, ista n. opinio in uitritibus anima comprehendens si est secundum quod nos intelleimus est falsa, à substantia n. el. hinc non potest fieri uitritus distinguens comprehendens, &c. unde etiam elementa secundum doctrinam Arist. respectu mixti non concidunt nisi, ut causa materialis, sed causa efficientis est causa celestis, ut patet. 2. Meta. cō. 8. Solet etiam proposita propositio sub aliis verbis allegari, uidelicet magis & minus non diuersificare speciem, & tunc etiam est alia limitatio. nam magis & minus quicquid inveniuntur formam, & quicquid in sequentiam materiam seu materiales dispositiones, & ueritatis, est quod dicitur secundum magis, & minus inveniuntur materiam non faciunt differre specie, tales n. sunt individuales dicitur per quas distinguuntur ea, quæ sub eadem specie continentur. Sed loquendo de magis & minus, qui inveniuntur formam, & principia essentialia, talia bene faciunt diuersitatem specificam, & inferunt illam, nam spes entium sunt inæquales, quia sunt sicut numeri. Colligunt autem limitatio ista ex intentione Philosophi in. 1. Meta. tex. cō. 2. 5. ubi habet etiæ contraria sunt punita penes formam, facit diuersificationem, non autem contraria sunt punita penes materiam.

Prop. 79.  
Glossa Auct.  
Prop. 80.  
Diffines. quidatur  
ita debet  
habere.

Simile non patitur à simili.

**P**ropositio Et Arist. in primo de Generatione & corrupti. in tex. cō. 4. cuius probatio ibide adducitur, inquit n. si simile secundum quod simile adiuuit, ipsum seipsum mouebit omne. Glossatur aut ab Auct. ista propositio in secunda Gen prima doctrina, 3. in cap. 3. de signis complexiorum de simili, cuius qualitas, & quantitas illius quod est ei simile est una specie, & natura n. quod est calidus alio nō est simile ei quod minus calidum existit immo duo calida, quorum unum est calidus alero diuersificantur, & illud quidem quod est minus calidum coparatione eius est calidus frigidus existit. Intelligitur igitur propositio de similibus in forma, & gradu formæ, & etiam secundum potentiam, nam actio insequitur multitudinem formæ, & multitudine formæ insequitur multitudinem materiarum, ex augmentatione, substantia in quantitate prouenit augmentum uitritus in ratione, sicut declaratur etiæ de principiis naturalibus, ut inquit Auct. in. 6. naturalium, sectione. 4. cap. 5.

Dialecticus diffinit per formam, Physicus autem per materiam.

**P**ropositio ista est Philosophi in primo de Anima. in tex. cō. 6. Adiuerte quod diffinites quæ dant quiditatē debent habere tria propria, ut scribit Cōmen. 4. Phy. cō. 31. Q. uorū primū est, ut ex illis disoluantur quones contingentes in re. Secundum uero est, ut per illas apparet causa inherētans accidentium essentialium existentium in re, quia diffinites complectae innatae sunt reddere causas omnium accidentium existentium in re: sed non conuertitur quod non ex quo appareat causa accidentium existentium in re sit diffinitio. Tertium uero est, ut ex diffinitio appareat difficultas. Vbi adiuerte quod de proprietate diffinitiois complete est, & appareat soluto oīum difficultati cotinuentum in re ex ignorantia diffinitionis, & quæ omnia acci-

dentia propria quæ conuertuntur cum diffinito demonstrantur D per illam, nam ut scribit Arist. 1. de Anima. tex. cō. 11. Diffinitioes secundum quas non contingit accidentia cognoscere, sed neq; de ipsis facile imaginari, manifestum q; diæ leifice dicitur sunt, & uanae oīes. Vnde adiuverte quod cum Dia leitus sit artifex cōs, non n. pcedit ex propriis sicut de monstrator, id est à Phis omnes diffinites quæ dantur per causas remotas, & cōs dñi dialecticæ, quia non possunt esse medium ad demonstrandum accidentia essentialia de diffinito, nam demonstratio est ex propriis. Et eadem ratione oīes illæ rationes in Philosophia naturali, vel in scia Diuina seu aliis factæ per principia remota, & universalia non appropiata ei quod demonstratur effe, dñr logicæ rationes. Exxstat hoc singularis autoritas Arist. in. 2. de Generatione animalium. cap. ult. inquit n. Sed fortasse uerisimilior his de monstratio illa logica uidetur, logicam appello, quia quo ulior eo remotor à propriis principiis est. & Aver. 1. Cœli. cō. 70. inquit hæc est alia demostratio à pdicto, & est logicalis, q; est ex ueris propòbibus, sed non propriis, sed generalibus. Eandem finiam habet etiam in. 8. Phy. cō. 70. &c. i. 2. Met. cō. 4. dicit q; Platonis contingit dicti universalia esse causas singularium ppter logicæ inquirere, & subdit, quod quia erat semper in disputatione, & ideo contingit ei dicere extra se, & remota à ueritate. Ex qua autoritate male intellex̄ta & expōta inferitur aliqui quod in disputatione possunt dici extranea, & remota, quod falso est, pserit in disputatione doctrinali, qualis est illa quæ utitur Philosophi in perlocutione ueritatis, nam ut elicitor. 2. Primæ phis. tex. cō. 15. Natura philosophi est quareare maximam perfrutatio nem ob studium ueritatis unde. 4. Meta. tex. cō. 8. In rebus in quibus homo habet opinionem, & ex confirmatione debet inquirere certitudinem sicut infirmus sanitatem, unde, si fas est dispositions corporis disponib; intel's coparare, debes scire, q; quæadmodum medici in corpore humano non ponunt tres dispons; sanitatem, & certitudinem, & neque tritalem; sc; si certa apud intellectum est sicut sanitas in corpore, quia est eius perfectio. Oīes n. hoies natura scire desiderant, ignorantia autē dispons; est sicut argritudo in corpore, opino autē quia intellectus cognoscit aliquid cum formidine, ne uelut neutralitas in corpore, & ideo dictum Cō. 6. al' intelligitur, quod q; Plato semper est in Dispu. id est semper in suis dialogis p dialecticas rationes pcedit, q; sunt p causas universales, & remotas, ideo contingit quod non dicit conuenientia, quia combatur ex causis intelligibilium seu entium mathematicorum reddere causas sensibilium, unde Arist. in. 1. de Generatione tex. cō. 7. contra Platonem & sequaces, inquit. Causa autem quare non potuerunt cōfella uidere in experientia fuit, id est, quicunq; magis infudatur in naturalibus, magis possunt supponere talia principia; quibus multa possunt complicare, quia aut ex multis fermentibus indocti existentia entis intuentes, & ad paucā recipientes facile enuntiantur. Sed dices quare Dialecticus dicit diffinire per formam, Physicus autem per materiam. Ad hoc uideat rñdere Themist. 1. de Anima. cap. 9. in expōne tex. cō. 6. inquit n. cū sint tria diffinitioes, genera, Q. uadat p solam formam hoc modo, domus est cōfida, & defenso a uentis, imbris, caloribus, & frigore. Alius modus est p solam materiam, domus est ligna, lateres, intrata. Tertius autem qui utrump; cōpleteur, s. materiam & formam, sic uidelicet domus est munitione ab his, quæ de foris integrat ex tali, & tali materia. De his tribus quod genus physico conuenit. Vt id in quo solius forma fit mentio, p termina & neglecta materia, an id in quo solius materia admittit fit forma superposita, an id potius in quo una est forma, & materia declaratur. & foliando dicit q; si potest sumrum hoc genus Philosopho naturali congruit cui se & reliqua duo uendicari, aut tribui debent, certe diffinitio in qua sola uis forma affertur, quæ seorsum confundere confirmatione, & soliditatem habere non potest. Dialecticus asciscitur, unde plerūq; illa facilis manisq; habetur: ea nō oīo, quæ materiam tñ, & affectiones eius, quæ abutuntur nō p̄ficit secessit, nullus quidē fuerit nisi eius, qui naturā explorat,

F

Pachra &  
ardua dif-  
ficultas:  
Opino  
Themist.

\* ADDI.  
Adiuerte hic quod diffinitio completa est materia & forma diffinitio a demonstratore solo fita tecum de Philoso.  
Post, quia in diffinitio ne tali mate-  
riali, quia fe-  
cundis Philo-  
sophis mani-  
stis est p p-  
formam, &  
nō contri-  
but in den-